IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477 Seite 40r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



me deprecantem et misertus est mei faciendo me a mortuis
resurgere dns factus est adiutor meus quia non dedit
sanctum suu videre corruptionem sed me ditauit gloria im
mortalitatis

Cristus exponens modu quo pr misertus est ei ait ad prez
Conuertisti planctu meu quem habui tpe quo dixi
tristis es anima mea usq ad morte et planctu quo me
plangebant apli et sancte mulieres in gaudiu in resur
rectione mea et carnem meam sacram in quo latebat p
ciu redemptionis scidi pmisisti clauis et lancea in morte
sed in resurrectione mortalitate destructa immortalem fe
cisti et ita circumdedisti me gloria immortalitatis cum
suma leticia

Hoc quid michi fecisti Cedet in glam tuam / erit em
causa ut lauderis a me et a meis et vere circumdedisti
me leticia / quia vlterius non senciam punctiones passionu
sicut ante quia mors non dnabit michi ultra dne deus
meus in eternum laudes maiestatis tue decantabo per
me et meos

Ps 30 In quo monet iustus ne de se psu
mat sed de dei mia

Vox fily ex assumpta humanitate ait / o deus pater

In te domine speraui
sicut in protectore fortissimo non confundar
in eternum et si temporalem sustineam
confusionem a iudeis in iusticia tua libera
me ut non sim detentus in morte hoc em exigit tua iusticia
vt cum non sim debitor mortis mortem tamen pro redemptione
humana susceperim in morte non sim detentus sed celerit
resuscitatus exurgam